



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

20. An virtute lubilæi possit Confessarius commutare juramentum solvendi usuras, aut metu in justo extortum? Et an possit Confessarius virtute lubilæi commutare vota in favorem tertii facta, nondum ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

Sacerdoti illi, de prob. in 6. dicitur potestate ex primitu-
legio datam ad prouidendum de maiori præbenda non
esse extendendam ad minorem præbendam. Tertiò,
quia quando conceditur priuilegium ad dispensandum
in votis, foleret in nonnullis copicedi etiam ad dispensandum
in iuramentis. Signum ergo est, necessarium esse
tale priuilegium expellum. Hæc opinio est satis pro-
babilis.

2. Sed ego contraria tanquam probabilior adhaereo, quam tuerit Basilius Pontius de matrim. l.8. c.11. num. 1. Sicutur de Religione, tom. 2. lib. 6. cap. 14. an. 19. Dico igitur delegatum potestatem in votis dispensandi, illaque comunitandi, extendi tum ad iuramenta pia abolute facta, tum ad vota iuramenta ex propofito confirmatarum etiam ad vota iurata, tametsi iuramentum & votum eiusdem materiarum concomitante se habeat; & ratio est, quia si solum esset votum, dispensabile esset, etiam si solum esset iuramentum, ex eo autem quod sunt concomitantia illa duo vincula, unum non mutat suam naturam ex consortio alterius, ut si quis tenetur irregularitate ex homicidio casuali, & ex voluntario, haec coniunctio non tollit, quominus possit in casu Episcopus dispensare iuxta formam Tridentini, & hanc sententiam probabilem vocat Filiiatus tom. 2. trat. 26. c. 9. n. 256. & Sanchez ubi supra, C. 14. n. 21.

3. An verò si facultas delegata dispensandi, aut
committandi, esset limitata ad unicum votum, tunc
posset auferri iuramentum de eadem materia illi con-
comitante adiunctum. Respondet Suarez lib. 6. de voto,
c. 14. n. 21. non posse tolli nisi adiunctum accessoriè : at
verò Sanchez l. 8. de matr. diff. 2. c. 53. n. 21. tenet pos-
se utrumque tolli, & suadet ratio adducta n. 21. quia
scilicet sublatio voto, seu remissa promissione, tollitur
etiam indirectè iuramenti vinculum.

R E S O L . X X .

An virtute Iubilat possit Confessarius commutare iuramentum soluendi usurias, aut metu iniusto extortum?
Et an possit Confessarius virtute Iubilat commutare vota in favorem tertii facta nondum tamen acceptata, ut v.g. si quis vocerit se datum non Calicem certe Ecclesie, vel elemosynam certa persone, aut confringendam Ecclesiast. &c. sine consensu illius, in cuius favorem sunt facta? Ex part. 5. tr. 12. Ref. 7. alias 56.

Qua hic est §. 1. **N**egatiuum sententiam docet Ludouic, de la
sup. in tr. 3. Cruz, Sanchez, & Suarez, quos citauit in 4.
Ref. 84. & in aliis §. eius p. tr. 4. refol. 19. quibus nunc addo Layman, lib. 4. tr. 3.
prima not. c. 11. n. 8. vbi docet quid facultas dispensandi in votis,
aut illa communitandi, non attenditur ad relaxationem
& commutationem iuramentorum, per quae nullum
ius parti, cui iuramenta praestantur, acquiritur, qualia
sunt iuramenta adiecta contractui, in quo est turpitu-
do, vel iniustitia in creditore, ut est iuramentum fa-
ctum homini soluendi vissuras, aut metu extorta.

2. Sed siue hæc opinio sit probabilis, non minus probabilem contrariam existimo, quam præter Trulenk, Ledesman, & Rodriguez, quos in dicta refutatio ne citauit, tenet etiam nouissime Bossius in *Iubileo* sec. 2. cap. 6. n. 4. sibi sic ait. His tamen non obstantibus non caret magna probabilitate affirmativa sententia, quod si facultas delegata circa vota extendatur ad talia iuramenta, cum iniuria, vel iniustitia extorta, quia cum per talia iuramenta nullum ius, nullaque obligatio acquiratur homini, cui præstantur, neque etiam secundarij; sed tora obligatio oritur, seu acquiritur Deo, qui in testem invocatur, ac proinde solus Deus sit creditor, teneaturque iurans seruare iuramentum solum propter Dei honorem, & intuitu Re-

ligionis, iuramenta videntur verē inducere rationem voti, votisque æquiparati, & licet iuramenta non sint facta Deo, sed homini, quod obligationem tamē senserunt tanquam iuramenta facta Deo, cum obligent intuitu solius honoris Dei, ergo cui concedunt facultas relaxandi, vel commutandi vota, quibus promissio soli Deo acquiritur, senserunt etiam concedere haec omnia iuramenta, per quæ soli Deo obligatio acquiritur.

3. Notandum est tamen hic obiter posse Confessorum virtute lubilai commutare vota in favorem terti facta, nondum tamen acceptata, vt, v. g. si quis voulret se daturum Calicem certæ Ecclesie, vel elemosynam certæ personæ, aut constitutrum Ecclesiam in honorem talis Sancti, &c. In his casibus potest Confessarius dicta vota in alia commutare, sine confusione illius, in cuius favore sunt facta, Ita Ponitus de mar. lib. 8. c. 8. §. 1. n. 8. Filiuciom tom. 2. tr. 6. cap. 9. num. 17. Barbol. de potestate Episcopij, p. 1. alleg. 36. num. 2. Moneta de communicatione ultima volunt. cap. 6. num. 6 & alij.

R E S O L . X X I .

*An Confessarius virtute Iubilai posuit absoluere à cassio
Episcopo referuntur?
Et an hoc etiam exiendatur ad casus, & censura refer-
natur ab Episcopo etiam post Iubilai publicationem?
Ex p.3, tr.4 Rel.148. alias 149.*

s. i. **N**egatiuam sententiam docet Bonac. de conf. disp. l. q. 3. art. 15. n. 10. Coriolanus de conseru- seru. p. 1. sensu; art. 15. num. 7. & aliij. Ratio est, quia Clemens VIII. in Bulla quadam decreuit, ne illus pectenu ex cuiuscunque priuilegij absolutat à casibus relata- uati Episcopo.

2. Sed hæc opinio refellenda est, & idcirco merito contraria amplectuntur Zanardus in direct. part. de sacram. Panit. c.21. q.3.4. Floronius de casis refor. part. c.4. §.8. n.7. Henricus lib. I.3. c.14. n.9. Voglinus de casibus. tab. 1. cap. 10. §.4. Vasquez in part. 10. n.4.9. dub. 10. n.6. Reginald. tom. 1. l.8. c.5. sed. 1. n.15. Gratius p. 1. l.4. c. 15. n.28. Suarez de cons. disp. 7. sed. 1. n.10. & alijusquia cum in Jubilæis conferatur expreſſe abſolutio ad casibus referuatis Pontifici, à fortiori conuenient concessa facultas abſoluendi à cenfūris, & cibis Episcopalis. Et hanc opinionem aliqui, & optimè quidem, extendunt ad catus, & cenfuras referuatas ab Episcopo, etiam post Jubilæi publicationem.

RESOL. XXII.

An Confessarius virtute Iubilai, Bulle Cruciae, aut alterius priuilegijs posset commutare vota extra Sacramentalem confessionem?

tatem confessionem?
*Et ita faciendo, an Confessarius peccet mortaliter, per de-
cimationam, quia in §. 2. huius Resolutionis traditur?*
*Ex quo etiam inferius, an Regulares teneantur per se
cluso scandalo, obsernare precepta Synodalia; & an
censura Synodales per Episcopum promulgata ligent
Regulares?*

Et deducitur, an verba imperativa continent præcepta? Et quid dicendum est in Conciliis, & Decrevis Pontificis, an verba imperativa semper accipienda sint præcepta? Ex p. 5. tr. 12. Rel. 36.

§. 1. A Firmatium sententiam esse probabilissimam & tutam in praxi, satis docui in 3.p. tract. 2. ref. 9. & iterum in 4.p. tr. 4. resol. 8. cum multo

§. 1. A Ffirmatiuam sententiam esse probabilem & tutam in praxi, satis docui in 3. part. Quod tract. 2. ref. 9. & iterum in 4. p. tr. 4. refol. 8. cum multis Doctoribus, quibus nunc addo illos, quos citantur, &